



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

XXIII. Annotatio. Si quis absolutis Exercitiis eas peragere vellet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

I. Meditatio. De duobus Vexillis.

II. De Tribus Modis Humilitatis.

III. De Tribus Classibus.

Ut fiant quatuor Meditationes, repetantur

Prima.

Ex libello Exercitiorum legatur id, quod dicitur de Electione.

Ex Thoma Kempensi. Pro I. Meditatio. Cap. 23. & 56. l. 3.

Pro II. Cap. 52. & 54. lib. 3.

Pro III. Cap. 27. & 31. lib. 3.

Consideratio rursus erit de Virtute, cuius in principio hunc annum necesse sit impendere. Accipietur autem tredecim articulos, qui supersunt etiam in libro de Vita eterna, incipiendo ab octavo.

Occupationes nona Diei.

Omnia communia habet cum Die Octavae, & Septima.

Excepta lectione ex libello Exercitiorum, quae hodie alia non erit, quam annotatio, quae pro tertia Hebdomade, & regularum ad vitam continentur, temperandum.

Occupationes decima Diei.

Sunt omnino eadem cum Die Octavae, & Nona diei.

XXIII. ANNOTATIO.

Si quis absolutis Exercitiis eas persequi vellet.

Si cui tantum temporis, & animi suppeteret, octonos Dies Exercitiis, & totidem Considerationibus impendere vellet, quò & has, & illa maiori voluptate, efficacia, & fructu obiret. Hinc ego auctor essem, ut Considerationum initium sumeret ab illa, quæ sextæ diei affixa est, & modum docet, quo potissimum ad virtutem, pro illo anno comparandam, incumbere debeat; atque insuper summopere rogaem, ut huic primæ Considerationi duplo plus temporis, quàm cuiunque alteri commodaret; ut ut certam sibi virtutem seligeret, tum ut studia, & labores ordinare posset, quibus illam consequi meditatur. Pro secunda Consideratione illam assignarem, quam superius quintæ diei præscriptam habes, & de statu, conditione, officio, occupationibus, ac usu temporis agit. Pro tertia illam, quam secunda dies continet, & vertitur circa Examen Conscientiæ, & Confessionem. Quarta petenda esset ex prima die: de Missa, Vesperis, Sacra Communionem, & visitatione Venerabilis Sacramenti. Quinta ex tertia die, de lectione spirituali, concione & communicatione cum Patre spirituali. Septima ex die septima de Mortificatione interna & externa. Octava denique ex ultima & octava de conversatione.

Aaa

Qui

Qui verò his Considerationibus, cum ipsi commodum erit, uti voluerit, sapienter faciet, si ex probato Auctore legat, quod in illis actionibus, quas expendere debet, observare vel minime decet; ex hoc enim lumen hauriet, quo actus suos dirigat. Ex omnibus autem, quos ego quidem inspexi, accommodatissimus, & cuiuscunque hominum generi utilissimus esse videtur P. Antonius Gaudier.

XXIV. Etultima ANNOTATIO.

Conclusio Exercitiorum S. Ignatii.

Vir quidam probus, qui aliquamdiu huius opusculi copiam habuit, Auctor mihi fuit, ut explicationem subtexerem plurium Principiorum, & regularum vitæ spiritualis, quas Annotationibus, Additionibus, Regulis, & aliis Instructionibus passim insperfas in libello nobis S. Ignatius reliquit. Et verò insignis operæ pretium foret, quisquis hoc ex æquo præferret; afferret enim plenior totius Alcega notitiam, quam magnus iste Magister perfectionis compendio complexus est. Major autem argumenti huius dignitas, quam ut illam eruditæ ingenij mei vires assequi possint. Non præsumam tam sublimes conceptus, quos ille velut rotas fallibilia principia posuit, explicando detorque-